

R.
90.

Ill
kt

Ko 2814

1. Strijk. de cautel. testamentor. cum aprens. testamentor.
quorund. illustr.
2. Lem. de Jur. Baronum.
3. — de negot. Capitulat. Casar. annullat.
4. Bonaf. de vera pietate iudica.
5. — de fidejussore indemnitate, non Respondens.
6. Bodin. de usuris pretii non soluti.
7. — de lecta Resolutiones juris.
8. Strijk. de pure pñthronu.
9. Horn. de contractu non appellante.

Mr. 753

1711

2. D. B. V.
DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE

FIDEJUSSORE INDEMNITATIS,

Von

Schadlos = Bürgen /

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO.
CORONÆ BORUSSICÆ ET ELECTORATUS
BRANDENBURGICI HEREDE, &c. &c.

SUB PRÆSIDIO

DN. CHRISTIANI THOMASII, Jcti
S. REG. MAJ. BORUSS. CONSIL. PROF. PUBL. ET FA-
CULT. JURID. DECANI,

PRO LICENTIA

DOCTORALIA in utroque Jure Privilegia
consequendi,

Ad diem XXVII. Jun. An. MDCCIII.

publico Eruditorum Examine submittit
Horis ante & pomeridianis

CHRISTIANUS Günther / Laub, Lufat.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, Litteris CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a formal document or letter, possibly containing names and titles.



CELSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO
DN. ANTONIO EGONI
S. R. I. PRINCIPI
FÜRSTENBERGICO

COMITI HEILIGENBERGENSI
ET WERDENBERGENSI, LANDGRAVIO
BARRENSI ET STULINGENSI, DYNASTÆ IN
HUSA ET VALLE KITZINGENSI, JUNGENA-
VIÆ, TRONCHTELFINGÆ, DONESCHINGÆ
VARIVAGII ET VITRACI
DOMINO &c. &c.

S. R. M. POLONIARUM ET
ELECTORIS SAXONIÆ
IN ELECTORATUS SAXONICI
PROVINCIIS
GUBERNATORI

DOMINO SUO CLEMEN-
TISSIMO.

CELISSIME PRINCEPS

DOMINE CLEMENTISSIME.



Nxiè forsan excusan-
da efflet mea, CELSIS-
SIME PRINCEPS,
audacia, dum CEL-
SISSIMO TUO
NOMINI, levidentes hasce pa-
gel-

gella s sacras esse iusti. Duo verò
CELSISSIME PRINCEPS,
si pensitaveris, ipsemet gratiosè
non tantum me excusabis, sed iure
meritòq; me id fecisse infimul judi-
cabis. Dissertationem vides, vari-
as in Legum veritates inquiren-
tem, quidve in fide semel promissa
iustum ac æquum sit exponentem.
Quid mirum itaque si ea PRIN-
CIPALI offeratur, Legum o-
ptimarum peritissimo,
Iustitiæ observatori
constanti, perpetuo, ac
Integerrimo.

Lusatus sum, h. e. ex provincia
ortus, quæ gratiæ iustum ac
Iusti-

Justitiæ TUÆ singulares
quotidiè sentit radios. Lege ita-
que naturæ obligor , ut **gra-**
tiam patriæ meæ exhibitam ;
quacunq; subjēctissima mentis
veneratione colam. Satis sic, ut
spero , **CELSISSIME PRIN-**
CEPS, offerentis excusata erit au-
dacia. Coeterum Divinam Maje-
statem veneror, velit **CELSITU-**
DINI TUÆ eas quotidiè adjice-
re animi & corporis Vires, quæ tan-
tis laboribus , tantis Curis, tantis-
que Vigiliis, quas pro salute tran-
quillitate & Incremento totius Sa-
xoniæ unicè suscipis , ulterius per-
ferendis , sufficiunt. Sic florebit
TUO sub augusto **PRÆSIDIO**
Saxonia & in Saxonia dilectissima
mea

mea Patria, ubique verò in æternum
florebit **CELSISSIMI TUI NO-**
MINIS memoria, ut singulare ex-
emplar, **PRINCIPIS** justî, pro-
biac clementis.

CELSITUDINI TUÆ

Lipf. d. 22. Junii
An, 1703.

Humillimo obsequio Devo-
tissimus
CHRISTIANUS Günther.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to contain several lines of script.

CELSIUDINI TUE

Handwritten text, possibly a date or a reference, located in the lower right quadrant of the page.

Handwritten text, possibly a signature or a name, located in the lower middle section of the page.

Handwritten text, possibly a title or a subject, located in the lower left section of the page.





Q. D. B. V.

PROOEMIUM.



Uplicem communiter constituere solent Juris Doctores *stipulationem* aliam *Principalem*, *Accessoriam* aliam. *Illa*, per se etiam sine ulla alia obligatione subsistit; *Hæc* verò, præexistentem aliquam obligationem, cui accedat, semper requirit. L. 95. §. 3. ff. de solut. diciturque in specie *Fidejussio*. Variæ autem *fidejussionis* dantur species. Fidejussor enim non principali solummodò, sed accessorïæ insimul accedere potest obligationi, hinc vel *Principalis* vel *Succedaneus* germanicè est **Rück-Bürge** / qui pro accessorio debito seu fidejussore obligatur, uti constat ex L. 8. §. fin. de fidejussor. Deinde est vel *simplex*, qui simpliciter pro debito se obligavit, vel *Indemnitatis* germanicè est **Schadlosß Bürge** / qui in residuum quasi suam interponit fidem creditori, si à debitore is suum
A fortè

fortè consequi nequeat, vel damnum aliquod sentiat. Et de ultima hac fidejussionis specie, concessa mihi à magnifica facultate Juridica pro summis in utroque jure honoribus consequendis, disputandi facultate, paucula pro ingenii modulo concipere constitui. Præsentem verò materiam ideo mihi selegi, quia non vanas ac inutiles sapit subtilitates, sed ab ipsa necessitate ac quotidianiana utilitate se potius commendat; nec quantum mihi constat, utilissima hæc materia, unquam à Doctoribus ex professò est pertractata, sed, uti ILLUSTRIS DN. RHETIUS in Dissertatione de jure fidejussorum, Francof. ad Viadrum habita §. 21. loquitur, *incidenter tantum & levi quod ajunt brachio, proposita.* Ne verò sine methodo ac ordine procedam, secundùm causas Indemnitate fidejussores consideraturus, singula sequentibus septem succinctis capitibus includam. Ita ut I. de Definitione ac Divisione, II. de Subjecto III. de Objecto, IV. de Forma, V. de Fine, VI. de Effectibus tandem VII. de Contrariis agat. DEUS O. M. laboribus nostris clementer annuat,

CAPUT

(3)
CAPUT I.

De
DEFINITIONE & DIVI
SIONE.

§. I.

Turpe equidem ac inconveniens videtur *Franc. Mantie. de conject. ult. volunt. L. 1. t. 1. n. 1.* prius determinare, quam terminos nec non vocabulorum significationes intelligere; nihilominus tamen supervacaneus ac tædiosus mihi videtur hic locilabor, prolixè in Etymologiam, *Fidejussoris Indemnitatis* inquirere. Juris enim perito non potest non esse notum, *Fidejussoris* vocabulum esse compositum à *fide* & *jussione*, ut fidejussor itaque nihil aliud sit, quam *is, qui fide sua jubet*, scil. debitori credere *L. 60. §. 1. ff. mand.* Per vocem verò *Indemnitatis* intelligitur damni averfio vel præstatio, *die Schadloßhaltung*/ quo in sensu in jure nostro frequentissimè usurpatur: Imprimis ubi *L. L.* de indemnitatis cautione, seu de indemnitatis præstatione loquuntur, uti apparet ex *L. 16. §. 14. ff. ad Sc. Trebell. & L. 8. §. 1. ff. ad Sc. Vellej. L. 14. in fin. ad Sc. Trebell. & L. p. ff. de Magistr. conven. Fidejussor iudemnitatis* itaque vernacula nostra exprimi potest quàm optime: *Ein Schadloß Bürge.*

Indemnitatis
fidejussor
Unde sic dicatur.

§. II.

Minus accuratè autem à nonnullis fidejussor indemnitatis vocari solet *ein Rück = Bürge*/ quod Dn. Eckoldus in *Compendiar. Pand. Tract. 4. 46. Tit. 1. §. 12.* Schneidew. ad *Instit. Tit. de fidejussor. §. 1. n. 6. Philipp. Eclog. 64. n. 12.* aliique faciunt. Confunditur enim sic *Fide-*

an germ. re-
cte dicatur
Ein Rück-
Bürge? N.

Differunt enim inter se
 1. ratione obligationis cui accedunt.

2. ratione modi seu formulæ constituendi.

de jussor Succedaneus & Subalternus cum fidejussore Indemnitate, qui tamen re vera inter se differunt. Fidejussor enim Indemnitate *der Schadloß Bürge* / *regulariter & plerumque* obligationi principali accedere solet, dum creditori de Indemnitate cavet. *Fidejussoris* vero *fidejussor seu succedaneus*, nunquam sed tantum obligationi accessoræ; intercedendo nempe pro primo & aliis fidejussoribus, quibus creditor non satis fidem habet, ut eorum fidem quasi suffulciat. Vocatur alias etiam *surrogatus, Vicarius subalternus*: & sic accuratius germanicè dicitur. *Ein Rück-Bürge*. Siquidem & modo seu formula constituendi differunt. Succedaneus enim eum in casum se soluturum promittit, si & debitor & fidejussor destinato tempore non solverint, *Er verspricht im Fall der Debitor Principalis und dessen Bürge Cajus zu gefester Zahlungs-Zeit mit der Zahlung nicht inne halten würden / dafür als Bürge zu stehen und zu haften*. Econtrario indemnitate promittens cavet tantum: *Er wolte gut vor die Schuld seyn / und ihn Schadloß halten*. Hinc ille Excussionis beneficio, ad instar alterius fidejussoris simplicis, renunciare potest, hic verò nequit, ut infra docebitur. Quare & hic noster à promissione indemnitate accuratius loquendo, *ein Schadloß Bürge* / vocatur.

§. III.

Ejus descriptio.

Describimus itaque *Fidejussorem indemnitate*, quod sit persona ad fidejubendum idonea, quæ in subsidium demum & eum casum, si creditor à Debitore principali vel ejus fidejussoribus suum consequi nequeat, se soluturum, creditoremque sic indemnem præstare promittit. vel juxta Dr. Eckoldum in *Compend. Pand. Tr. L. 46. Tit. 1. §. 26. est is, qui*

qui se obligat ad id quod Creditor, à debitore, consequi & servare nequit; sive: qui in subsidium promittit quanto minus à debitore Creditor consequi potest. L. 63. ff. de fidejuss. L. f. ff. de Reb. Cred. L. 116. ff. de V. O. L. 21. ff. de solut.

§. IV.

Non uno autem modo suam interponere solet fidem Indemnitas fidejussor. Vel enim generaliter vel restrictè indemnitatem promittit. Et generaliter quidem si in omnem quasi causam, omneque damnum occasione istius rei creditori obveniens, se obligat, id quod in obligatione hìsce plerumque verbis exprimitur: *Daß Er ihme vor allen und jeden Schaden / so nur auffeinigerley Art und Weise aus der Sache ihme entstehen oder zuwachsen könne / gut seyn wolle.* Restrictè verò fit, si usque ad certum tempus, vel ad certam tantum quantitatem Indemnitatem pollicetur. v. g. *Daß Er ihn biß auf die Helffte schadlos zu halten verspricht.* Deinde est etiam indemnitas cautio vel pura vel conditionata: vel Expressa vel tacita, de qua infra C. p. 3. & tandem vel Conventionalis vel Legalis. Ad quam ultimam speciem non incongruè referri posse videtur 1) *Confidejussoria obligatio* ex Epistola Divi Hadriani, in §. 4. *J. de fidejuss.* Si enim unus solvendo non est, hoc cæteros onerat; Lex igitur quasi præsumit reliquos confidejussores pro ratis confidejussorum litis contestatæ tempore solvendo non existentium, creditori indemnitatem promississe. Nec non 2) in L. 48. ff. de Fidejussor. ubi masculus cum femina fidejubens, subducta muliere creditori pro solido indemnitatem promississe jure intelligitur. Cum scire potuerit, vel ignorare non debuerit, mulierem frustra intercedere. Pariter

quot modis
fiat hæc fide-
jussio.

Ad Legalem
Indemnitas
fidejussio-
nem refertur
1.
Confidejus-
soria obliga-
tio ex Episto-
la D. H.
2.
Casus L. 48.
de fidejuss.

3.
Si inter plu-
res Tut. vel
Curat. admi-
nistratio di-
vifa,

feres habet 3) *in pluribus Tutoribus vel Curatoribus*, divisa enim inter eos administratione bonorum pupillorum vel minorennium, & uno in iis malè versante, reliqui excusso administratore in subsidium quasi indemnitate fideiussores tenentur. *L. 55. pr. ff. de Administ. tut. L. 2. C. de div. tut.* Maximè si ipsi inter se tutelam dividerint. *d. L. 2. jure etiam moderno, teste Carpzov. P. 2. C. 11. def. 36. Dissentit Bechich. P. 3. Decis. 328. n. 3.* Sin à testatore vel Magistratu divisio facta tum demùm de indemnitate conveniuntur, si ob dolum aut culpam suspectum non postulariverint collegam. *L. 1. §. 15. ff. de tutel. & ration. conf. Struv. Syntag. Jur. Civ. Exerc. 31. tb. 39.* Sic etsi 4.) Fideiussores tutoris & Curatoris beneficio Divisionis non fruantur *L. fin. ff. Rem Pup. salu.* Ordinis tamen gaudere atque adeò non nisi de indemnitate pro se invicem obligari. *arg. Nov. 4. c. 1. junctim. L. 6. ff. de Fidej. & mand. L. 1. §. 10. 11. ff. de tutel. & ration. communiter concluditur.* *Struv. l. c. tb. 79. & Eckol. ad ff. L. 27. tit. 7. §. 2.*

CAPUT II.

De,

SUBJECTO.

§. I.

Contrahen-
tis persona
probe cogni-
ta esse debet.

Diximus itaque quid sit Fideiussor indemnitate, & quot modis intervenire possit. Nunc ad subjectum perveniendum est. Contrahendis enim ante omnia incumbit in qualitate personarum inquirere, nam contracturus non debet esse ignarus conditionis illius cum quo contrahit. *L. 19. pr. ff. de R. J.*

§. II.

Quis? de in-

Doctrinæ autem gratia dispescimus subjectum cum
Phi-

Philosophis in QVOD & CUI. Videndum igitur QVIS? demnitate
 Indemnitatem promittere possit, & CUI, hæc promis- cavere possi
 sio fieri queat. De priori generalem hanc formamus traditur
 regulam: *Omnis is de indemnitate potest cavere, qui pro* 1.
aliis fidejubendo se obligare. Regula gene-
 ralis.

§. III.

Prohibentur autem certæ personæ ita, ut vel *peni-* 2.
tus fidejubere nequeant, vel *non sola* possunt, sed aliena Recensentur
 demum autoritate, certaue legis circumspeditione ac- personæ in
 cedente. Ad priorem classẽ omnes ii pertinent, qui specie prohi-
 vel ob corporis aut animi vitium à fidejussione arcen- bitæ.
 tur, ut *infantes* §. 10. *J. de inutil. stipul. furiosi*, §. 8. *J. ejusd.*
mente capti, prodigi. &c. L. 6. ff. de Verb. obl. L. 40. ff. de R. J.
 Ad alteram verò classẽ referuntur imprimis *Femine*,
 quæ, dum per Senatus Consultum Vellejanum in gene-
 re pro aliis intercedere prohibentur, nec *de indemnitate*
 cavere poterunt. Leges enim ideo fidejubendi facul-
 tatem iis adimunt, ne fragilitate sexus & naturæ suæ, in
 repentinam deducantur inopiam uti loquitur Justinia-
 nus in *L. un. §. 15. C. de Rei Uxor. Act. junct. princ. J. quibus* Cessat SCti
al. sic. Quam plurimi tamen dantur casus, in quibus Vellejani be-
 Uxor salutari beneficio hoc uti nequit, sed pro aliis fidem neficium.
 interponendo validè obligatur.

§. IV.

Et primo quidem de indemnitate cavere potest mu- 1.
 lier, si beneficio Senatus Consulti Vellejani *certiorata re-* Si certiorata
nunciaverit. L. f. & 4. ad SCti. Vellej. Multum tamen re- renunciave-
 interest *an pro extraneo intercedat, an pro Marito. Pro illo* rit.
 si fiat intercessio, facilius admittitur, *pro marito verò lon-* Quid circa
gè difficilior. Cum facile persuasionibus ac blanditiis renunciatio-
 maritalibus, quin & vi metuye ad hoc induci possit. vandum.

Hinc

- a) Hinc si pro debitore extraneo intercedit, subsistit renunciatio sine juramento, & valida etiam extrajudicialis est, si sufficiens modò certioratio præcesserit, & specialis deinde subsequuta fuerit renunciatio. Hering *de fidejuss. c. 7. n. 477. & Gail. L. 2. Obs. 77.* Longè verò majori cautione ac circumspectione opus est, si uxor pro marito fidem interponat. ob rationem jamjam allegatam. Ideò simplex renunciatio minimè sufficit, sed necesse est, ut formale accedat juramentum. *Avth. si qua mulier. C. ad SCt. Vellej. & Dec. Elect. Nov. 25.* Neque sufficit in chirographo, extrajudiciali juramento indemnitate promississe mulierem, sed in judicio requiritur fiat, prout expressè in *all. Dec. Elect. sancitum* & in causa Mathei Schillingis contra Hans Sagweilern und dessen Eheweib, Ao. 1685. Mens. Nov. à Scabinis Lips. in prætorio Lipsiens. pronunciatum legi: *Dasß Befl. Sagweiller auf anderweit vorgehender Ladung in Person zu erscheinen / und die originaliter producirte Schuldverschreibung sub A. zu recognosciren pflichtig / widerrigen Falß wird solche pro recognito billig gehalten / ferner darauf zu beschehen was Recht ist. Dessen Eheweib hingegen ist auf die Klage sich einzulassen nicht schuldig.*

Renunciatio
coram quocun-
que Magist. fieri
potest.

§. V.

Id tamen præcisè non requiritur, ut coram competente giudice fiat, sed quia est actus voluntariæ jurisdictionis coram quocunque Magistratu firmiter expediri potest. Ita enim non attenda Uxoris exceptione, quod confirmatio obligationis, in qua continebatur jurata interfectio, non coram competente magistratu oppidano, sed in Præfecture tantum Lipsiense, facta esset, pronun-
cia-

ciatum à Dn. Scab. Lips. Ao 1685. Mens. Sept. Vidi in causa Concurfus Lucas Kühns. verb. VI. 600. Zhr. samt Interesse moræ der Hochwohlgebohrnen Frauen Ursulen Catharinen / Gräfin von T. besage Arechts vom 1. Nov. 1684. daferne sie auch von des Schuldners Vermögen ihre Befriedigung nicht erlanget / wird ihr solche von dessen Ehe-Weibes Vermögen / Krafft conventional-hypothec am 8. Oct. 1683. billig geleistet.

§. VI.

Aliud tamén vi peculiaris alicujus statuti Lipsia Per statutum juramentura potest remitti. obtinet, ubi mulier pro marito in loco judicii, auctoritate Curatoris interveniente intercedens, doti ac beneficio SCri Vellejani etiam absque juramento efficaciter renunciare potest. *vid. Dec. Elect. Nov. 25. ibique Philipp. Obs. 1. n. 7. p. m. 484. & ad Dec. El. Nov. 6. Obs. 2. p. m. 155.* Multò igitur magis vi dicti Statuti *Juri tantum Prælationis* in favorem Creditoris alicujus absque juramento judicialiter renunciare potest. *Daß sie ihme mit ihrem Einbringen nachstehen wolle &c. & sic secundum quid illum præstare indemnem.* Atque ita responderunt Domini Scabini Lips. Mens. Febr. Anno 1696. Diweil aber dennoch durch ein absonderliches der Stadt Leipzig Statutum, daß ein Eheweib mit Zuziehung ihres Curatoris gerichtlich ohne Eyd / auch wegen ihres Heyraths Guths vor ihren Ehe-Mann intercediren / und in favorem des Gläubigers / der dßfalls sonst zustehenden Erstigkeit renunciiren könne / verordnet / also darauff daß im gegenwärtigen Falle die Verzicht / *citra Juramentum* geschehen / kein Abschehen zurichten / zumal da kein Constitutum hier verhanden.

den. 2c. so möchte die Pia causa, davon Eure Frage meldet / an Ursula Stelle in der Designation Urthel wohl gesetzt werden. B. A. W.

§. VII.

An prestito
juramento
certioratio-
ne opus? Aff.

Moveri hic aliàs solet à DD. quaestio, parum uti-
lis: An etiam certioratione opus sit, si mulier sub jura-
mento indemnitate promiserit? Franzk. *ad tit. ff. de*
SC. Vellej. n. 28. Gail. L. 2. Obs. 77. n. 9. Zanger de Except.
P. 3. c. II. n. 163. Supervacaneam quasi putant certioratio-
nem, cum juramentum loco certiorationis sit. Minus
tutum tamen id esse statuo cum Mevio *Jur. Lubecens. L.*
I. tit. 5. art. 7. n. 121. Sexus enim foemineus fragilis est,
nec jura sua semper capit; & ne postea excusationis lo-
co allegare possit, se ignorasse, quod juravit, cautius
procedunt tam judex, tam partes juramento sufficien-
tem ac perspicuam Muliebris istius beneficii explicatio-
nem praemittendo. Nec facile dabilem credo ejusmo-
di casum, quo judex officii sui adeo immemor absque
certioratione foeminam in judicio ad juratam renuncia-
tionem admittat, quin potius inserta Instrumento re-
nunciationis confirmatorio semper videmus verba:
Das sie nach vorher beschehener deutlichen Erklä-
rung des Vellejanischen Rathschlusses und der Avth.
Si qua mulier C. ad SCr. Vellej. Krafft deren keine Weis-
bes Person sich für einen andern / vielweniger ein
Eheweib sich für ihren Ehe-Mann kräftiglich denen
Rechten nach verbürgen könne. 2c. 2c.

§. VIII.

2.
Obligatur
mulier si pe-
cuniam ac-
cepit.

Obligatur secundo quoque mulier de indemnitate
cavens, *Si pro cautione pecuniam acceperit.* Eo ipso enim
dum lucrum ex fidejussione captavit, indigna videris
Legis

Legis auxilio, quæ fragilitati sexus tantum volebat consultum. *L. 23. §. 1. C. ad Sct. Vellej.* Et non levitate, quam lucri cupiditate ducta videtur, mulierque augustissimum hocce Senatus beneficium quasi pretio nummario æstimat. Hering. *de fidej. c. 7. n. 433.* Brunnem. *in Comm. ad all. Leg.*

§. IX.

Neque Tertio ad eam mulieris intercessionem, quæ pro Dote facta est, Scti Vellejani potestas extenditur. *L. f. C. ad Sct. Vellej.* Sicut nec Novellæ 134. c. 8. & inde desumptæ Avthenticæ, si qua mulier *C. d. t.* Cum tantus dotium sit favor, ut antiqui juris conditores, sapius Legis severitatem temperaverint. Uti loquitur *c. L. f.* Adde quod Dotis causa pia sit: Unde & mulier si ea in opinione sit, ut credat, se pro dote obligatam, quicquid dotis nomine dederit, non repetit, sublata enim falsa opinione, relinquitur pietatis causa, ex qua solum repeti non potest, ut ait Julianus *in L. 23. §. 2. ff. de Cond. inid. b.*

3.
pro Dote si
intercedit

§. X.

Et Quarto tandem firmiter obligatur femina ex intercessione si minori, tertio pecuniam mutuanti indemnitate promittat. *L. 12. ff. de minor.* Leges enim tunc ætatis magis, quam Scti rationem habent. *L. u. §. f. dt.*

4.
Si Minori in-
demnitatem
promittat.

§. XI.

Tantum de mulierum intercessionibus. Sed nec Pupillum sine tutoris autoritate, neque Minorem sine Curatoris consensu, Indemnitate fidejussores esse posse, constat *arg. pr. & §. 1. J. de authorit. tutor. item arg. §. 9. J. de inutil. stip. Pro iis tamen de indemnitate cavens validè obligatur. L. 25. ff. de fidej. & mand.* ibique

prohibetur
quoque in
specie pupil-
lus & mino-
remis.

non vero fili-
usfamilias.

Gottfredus *conf. §. 6. cap. 6.* An vero *filiusfamilias* absque patris sui consensu pro aliis se interponere, deque indemnitate cavere possit? dubium sanè non est *arg. §. 6. 7. de inutil. stipulat.* Filiusfamilias enim omnino contractus celebrare potest solo mutuo, ob Senatus Consultum Macedonianum, excepto. At firma licet sit obligatio, differenda tamen est executio usque post patris mortem. *L. 1. §. tot. tit. ff. Cod. quod cum eo. ne contrahendo à filiofamilias patri invito ususfructus minui vel auferri queat.* Nisi habeat bona castrensia vel quasi castrensia, quorum intuitu pro Patrefamilias habetur. *L. 2. ff. ad Sc. Maced. l. 3. §. 6. C. de Advoc. vel peculium adventitium irregulare, in quo pater nec proprietatem nec Ususfructum habet. arg. Nov. 117. c. 1. Bachov. ad §. 1. 7. per quas person. cuique acquir. L. ult. §. 1. C. de bonis que lib.*

Executio ta-
men differ-
tur.

§. XII.

Cui indemni-
tas promitti
queat.

Accedere autem potest Fidejussor Indemnitate tum *Obligationi, Principali*, ita, ut creditori damnum aliquod metuenti de indemnitate caveat, tum etiam *Accessoriae*, qui fidejussoris quasi fidejussor est, id quod quotidie contingere potest, ut fidejussoribus nempe à Reo Principali alii constituantur fidejussores, qui priores fidejussores servant indemnes, & itidem appellari queunt Indemnitate fidejussores, succedanei seu subalterni *Rück-Schadlos-Bürgen.*

CAPUT III.

DE OBJECTO.

§. I.

Objectum
hujus fidej.
cum aliis
commune.

Objectum fidejussoris Indemnitate commune est cum aliis fidejussoribus. Is enim accedere potest ad *Ob-*

li-

ligationem tùm Civilem tùm Naturalem arg. §. 1. J. de fidej. L. 10. §. 3. ff. eod. Principalem & Accessoriam L. 8. §. f. ff. de fidej. Puram & Conditionalem vel in Diem §. 5. J. eod. L. 70. pr. ff. eod. Presentem & Futuram §. 3. J. eod.

§. II.

Merè tamèn *naturalis* Obligatio non sufficit. Quæ an merè naturalis Obligatio sufficiat? illa est: cum quis ad *ἀντιδωρα* tenetur promissioque pudori ac honestati naturali solummodò relinquitur. L. 25. §. 11. ff. de hered. petit. Sed talis requiritur, cui licet non actionem, alios tamen effectus remissiores tribuit Jus Civile, puta retentionem L. 10. ff. de SCt. Maced. & ut repetitio cesset L. 51. ff. de Cond. indeb. L. 6. §. f. ff. de fidej.

§. III.

An verò in *Delictis* fidejussio indemnitàtis locum habeat, non absque distinctione asserri poterit. Uti que enim videndum erit, an quis alteri indemnitàtem promittat, in *Delicto jamjam perpetrato*, an verò in *delicto adhuc perpetrando*. Priori casu iterum probè animadvertendum num *Civiliter*, an verò *Criminaliter agatur*. Illo casu utique admittitur fidejussor hoc verò non. Hahn. ad Wesenb. L. 46. tit. 1. n. 4. Pœna enim debet tenere suos autores, & nemo est membrorum suorum Dominus. L. 13. ff. ad Leg. Aquil. Altero autem casu, in *Delicto nempe perpetrando* nullius momenti est indemnitàtis promissio. Sed licet in re turpi & illicita, nulla detur obligatio, imprimis autem turpe mandatam inter mandantem & mandatarium non fit obligatorium; Obligatio tamen ab utraque parte oritur respectu Reipublicæ ad pœnam, aut ratione tertii ad damnum resarciendum. §. 7. J. de mand.

an in Delictis indemnitàtis præstatio locum habeat.

§. IV.

interdum ju-
dici præsta-
tur indemni-
tatis cautio.

Quamvis aliàs judici non liceat, processum ab Ex-
ecutione inchoare, in impetrando tamen arresto, debito-
ris de fuga suspecti, vel obtinenda incarceratione delin-
quentis remotis saltem iudiciis gravati, excusatur iudex
si impetrans judici & iudicio indemnitis cautionem præstat.
Daß er den Richter und das Gerichte vertreten und
Schadlos halten wolle. Quam cautionem vel impe-
trans ipse, vel tertius pro eo, fidejubendo præstare va-
let. conf. Leipziger Handels- & Gerichts-Ordn. Tit. 10.
in fin.

§. V.

in quolibet
contractu in-
tervenire pot-
est. Indem.
fidej.

Tandem in quolibet fermè contractu intervenire
potest *fidejussor indemnitis*. v. g. in Locatione & Condu-
ctione pro Conductore de indemnitate, tam ratione
mercedis quam damni cavere quis potest. Id quod in
aliis quoque procedit contractibus.

CAPUT. IV.

DE FORMA.

§. I.

Forma vel
Substantialis

Forma duplex est: vel *Substantialis* vel *Accidentalis*.
Illæ est ut fidejussor creditori ita indemnitatem per sti-
pulationem promittat, ut nihilominus principalis
debitor obligatus maneat, *arg. l. 23. C. de fidej.* Et jure Ci-
vili quidem cautio hæc, uti omnes aliæ stipulationes,
inter præsententes celebranda erat. §. 5. *7. de inutil. stipul.*
& *L. 52. §. 2. ff. de Obl. & Act.* Hodie tamen per Literas ea
etiã fieri potest, *Gottofr. ad L. 22. C. de fidej.* *Bachov. ad Treut.*
vol. 2. Disp. 28. tb. 4. lit. 4. *Accidentalit* verò, diversimodè fit.
In-

vel
Accidentalit

Indemnitatis enim fidejussor intercedit *vel expressis verbis vel tacite*; pure vel sub conditione, aut in diem; vel in genere *daß Er ihme vor allen und jeden Schaden gut seyn wolle* / vel ad certam tantummodo summam principalem, *daß Er ihme dieser 1000. Thlr. halber schadlos halten wolle.*

§. II.

Cum *tacita Indemnitatis fidejussione* affinitatem aliquam habere videtur *Commendatio* vel *Laudatio seu affirmatio aliquem esse solvendo*. Nam etsi *Commendatio* regulariter non involvat fidejussorem, nec inducat *mandatum*. *L. 12. ff. mandati*. utcunque intercesserit consilium, cujus nulla obligatio est, *L. 47. ff. de R. J.* nisi sit fraudulenter, §. 6. *J. mandat.* Jure tamen Saxonico introductum est, ut ejusmodi commendationes ac laudationes inter mercatores obligationem producant, *tacitamque indemnitatis fidejussorem involvant* *Decis. El. Nov. 42. ibique Philipp. addeffs Dn, Aug. Bened. Carpzov. Diff. de Commendatione Job. Köppen Dec. 39. n. 9. Carpzov. Definition. P. 2. C. 18. d. 24. Finckelth. Obs. Pract. 16. n. 7. & Mev. ad Ius Lubecenf. L. 3. tit. 10.*

§. III.

Generalem indemnitatis cautionem longe pinguiorem esse *Restrictâ* ad certam solummodo summam, nemo facile dubitabit. *Illa* siquidem in omnem causam, tam principalem quam accessoriam, ad Usuras nempe & expensas *vel omne aliud damnum inde emergens, se extendit*. Ad usuras tamen usurarum non tenetur, nisi speciali pacto id promiserit. vid. *Illustr. Dn. Rhetii Diss. supra in proemio alt. ib. 22.*

§. IV.

§. IV.

excipitur ta-
men casus
fortuitus.

Non immeritò tamen ad eum solummodò casum id extendendum esse puto: Ubi nempe per *se*, *immediatè* & *directò* ex isto negotio damnum obvenit; non verò si casu magis fortuito & per accidens damnum aliquod sentiat creditor. *arg. L. 26. §. 6. & 7. ff. mandati.* Casus enim fortuitus nullo in contractu est præstandus, cum illum nullum humanum consilium providere possit *L. 2. ff. de administr. rer. ad civ. pertin.* Hinc fidejussor indemnitas non obligatur, si per injuriam, vel ob ignorantiam, errorem, aut malitiam judicis damno afficiatur is, cui indemnitas promissit. *L. 51. ff. de Evict.* Imprudentia siquidem judicis, & sententia injusta, casui fortuito assimilantur. Ad casum verò fortuitum aliquem se obligare voluisse, non est verisimile, dum is neque prævidere, neque ullo humano consilio evitari queat. *conf. Hering. de fidej. c. 26. n. 45. seqq.*

ad quem re-
fertur impru-
dentia judi-
cis
Sententia in-
justa.

§. V.

certis casibus
limitatur.

Tenetur autem fidejussor indemnitas de casu fortuito; si *vel ejus*, pro quo fidem interposuit, alterique de indemnitate cavit, *vel eorum, qui sub ejus potestate sunt, culpa casum præcesserit.* v. g. Si aliquis pro Conductore tam ratione mercedis quam ratione cujuslibet damni, indemnitas cautionem præstitit Locatori, incuria autem vel conductoris, vel eorum quorum ministeriò utitur, exortò incendiò, ædes pereant, tunc fidejussor indemnitas, casum hunc fortuitum præstare quoque adigitur. *arg. L. II. §. 3. ff. Locat. Cond.* Maximè si cum malis hominibus conversetur, aut rixetur, malorumvè hominum operà utatur, & à vicinis admonitus eos haut dimiserit. *arg. L. 25. §. 4. ff. locat. conduct. junct. Decif. Elect. Sax. 79*

§. VI.

§. VI.

Tandem ad formam fidejussionis indemnitis, id quoque pertinet; quod *arctius* quidem & *validius* obligari talis fidejussor possit, veluti pro simpliciter tantum obligato debitore sub juramento, vel hypotheca aut pignore, sub pacto executivo, *L. 3. C. de Pign. & hypoth.* vel etiam pœna, Hahn ad Wefenb. *L. 46. T. I. n. 5.* verb. tamen potest efficacius. Brunnem. in *Exerc. ad Iustit. tit. de fidejuss.* §. 5. Hering. *all. tr. c. 24. n. 115.* Eckold. *Lib. 46. t. 1. §. 16. 17* In *Majus* tamen seu majorem summam obligari nequeat. Ejus enim obligatio accessio est principalis obligationis, plus verò nequit esse in accessione quam in principali re §. 5. *J. de fidej.* Imò ipsa natura fidejussionis indemnitis quæ semper conditionalis & subsidiaria est, id planè non permittit.

Magis non
vero in Ma-
jus obligari
potest In-
demfidej

CAPUT V.
DE FINE.

Finis Indemnitis hujus fidejussionis duplex est: *Principalis & minus Principalis.* Utrumque cum qualibet fidejussione communem habet. Principalis enim finis est, ut creditor, vel fidejussor, cui indemnitatem promisit, de damno vitando securus reddatur nec non creditori diligentius cautum & tutius debeat, quod in obligationem est deductum *L. 1. §. 8. ff. de Obl. & Act. §. 5. J. de fidej. & §. fin. J. de Repl.* Minus Principalis verò est, ut eo magis debitori fides habeatur & credatur. §. *f. J. quibus mod. re contrah. obl.*

Finis cum
qualibet fi-
dej. commu-
nis est.

C

CAPUT

EFFECTIBUS.

§. I.

Indemnitat.
fidej. habet.

AD palmariam ferme Dissertationis nostræ partem, nunc accedo. Inquirendo in egregios quos indemnitatis cautio præstat effectus. In genere autem notandum: *Omnia beneficia cuilibet fidejussorum Nov. 4. c. 1. concessa, Indemnitatis fidejussori quoque competere.* Primo autem loco allegari meretur Excussionis seu Ordinis beneficium, vi cujus ante excussum principalem Indemnitatis fidejussor conveniri nequit. Quæ quidem excussio adeò rigorosa est, ut ad sacculum uique & peram fieri debeat. Jason in §. fin. n. 6., J. de action. & Ludov. Gomez. in §. 7. n. 37. J. ejusd. tit. ubi inquit: Debitor excutari hodie in omnibus bonis, etiam usque ad indumenta, non relicta ipsis, nisi unica veste, qua corpus tegant ne nudi incedant.

i.
Ordinis beneficium.

§. II.

& quidem in
excellentiore
gradu.

Et hocce beneficium licet indistinctè reliquis fidejussoribus quoque competat *Nov. 4. c. 1. longè tamen in excellentiori gradu*, id indemnitatis fidejussoribus datum est. Neque *commune* cum aliis fidejussoribus id habent; Sed *proprium* iis est, non *tam ex natura* ut Eckolt. in *Comp. ff. tr. tit. de fidej. §. 26.* tradit, *quam ex substantia Obligationis.* Cum enim sub conditione promiserit indemnitatem, à Reo nimirum si suum exigi non possit, vel damnum incurrat, ante debitorem excussum conveniri nequit, cum autem non constet, an & quale damnum fen-

enferit. Hering. *de fidej. c. 27. n. 147.* Hahn ad Wesenb. *d. tit. n. 5. verb. aut excussis.*

§. III.

Hinc fidejussor indemnitas, quamvis beneficio *Excussionis renunciaverit*, nihilominus tamen id deinceps oponere, ac petere potest, ne ante principalem debitorem conveniatur. Et licet alias unicuique permillum sit, juri pro se introducto renunciare, *L. 29. C. de pact. id tamen saltem procedit, si natura vel potius substantia istius negotii, cui renunciatum, renunciationem non respuat.* Finckelth. *Obs. Pract. 107.* Omnis siquidem renunciatio circa jus renunciabile versatur, uti loquitur Dalnerus *de Renunciat. c. 6. n. 1.* Eam verò naturæ ac substantiæ fidejussionis indemnitas planè esse contrariam, eamque penitus mutare, apparet ex §. preced. ideoque tale pactum pro non adjecto habetur. *arg. L. 12. ff. de precar.*

hinc ei licet renunciaverit, opponi tamen potest.

§. IV.

Neque *jurata renunciatio*, à fidejussore indemnitas facta, prohibet, quo minus exceptionem excussionis oponere queat creditori. Carpzov. *P. 2. C. 17. d. 7. in fin. e- jusd. Dec. 14. n. 7.* Berlich. *P. 2. C. 22. n. 25. seqq.* Colerus *Proc. Execut. P. 1. C. 10. n. 451.* Struv. *S. J. C. Exerc. 47. tb. 43.* Et magna hodiè equidem juramentorum vis est, *arg. c. 28. X. de jurejur. quod verò per id, salvo manente contractu substantia istius mutari possit, valdè dubito.* Hinc fidejussor indemnitas, si in conscientia se obligatum credat, post jurtam recunciationem se hoc beneficio uti non posse, utique cum illustr. Dn. Stryckio *in tr. de Caut. Contr. Sect. 2. c. 6. §. 24.* statuendum erit, *non manere eum*

Si vel maxime jurato facta sit renunciatio.

fidejussorem indemnitate, sed, vi juramenti, simplicis fidejussoris partes sua sponte citra necessitatem assumere.

§. V.

an per statutum id auferri possit?

N.

Sed ulterius quæri potest. *An per statutum aut consuetudinem loci indemnitate fidejussori excussionis beneficium auferri possit?* Affirmare id equidem videtur Dn. Lauterb. in Diff. de fidejussoribus in genere §. 22. mihi tamen sententia ista valde dubia videtur. Nam etsi statuta quidem *contra* jus commune quid disponere valeant, *non aliter tamen id quàm salva manente substantia contractus fieri potest.* Quia aliàs contractus iste non maneret quod esse deberet, sed in aliud genus contractus vel conventionis transfret, uti præced. in §. de juramento etiam monuimus. Hinc licet teste Casp. Zieglero in Diff. de Fidejussoribus §. 36. Norimbergæ beneficium excussionis ob speciale statutum, fidejussoribus alias non concedatur, valdè tamen dubito, quin id ad indemnitate fidejussorem ibi extendatur.

§. VI.

an pro naturaliter tantum obligato cavens Ord. B. uti queat?

N.

Nec illa hic prætereunda quæstio: *An fidejussor pro naturaliter tantum obligato de indemnitate cavens excussionis beneficio uti queat?* Placet mihi cum Bachovio ad Treutl. Vol. 2. Diff. 28. th. s. Lit. D. negativa sententia. Ubi enim nulla est actio, ibi nulla esse potest excussio. Atqui in naturaliter tantum obligatum nulla datur actio, Ergo nulla esse potest excussio. Ideòque ejusmodi fidejussor hic obligatur *non tanquàm fidejussor; Sed tanquàm promissor principalis* ex sua promissione. Etenim dum ejusmodi obligationi, quàm jure Civili non subsistere novit, sponte accedit, non tantum donare, sed & ex sua persona obligari voluisse præsumitur. Veluti si pro pupillo

fine

CAP. VI. DE EFFECTIBUS.

21

sine autoritate tutoris contrahente quis intercesserit. *L. 25. ff. de fidejuss. Bachov. c. 1. Lit. B. cui etiam ad stipulatur Vinnius ad §. 1. Inst. de fidej. Locamer in quaestiu. Justinian. Q. 298. Brunnem. Exerc. Inst. 19. ad Lib. 3. T. 21. p. m. 161.*

§. VII.

Ad effectus cautionis indemnitis quoque referendum: *Indemnitis fidejussorem offerendo debitum, cogere posse creditorem, ad cedendum sibi jura & actiones.* Alias enim non nisi contraria mandati actione agere potest, qua instituta consequitur quidem omne id quod pro debitore solvit. *c. 2. X. de fidejussor. L. 27. §. 4. ff. mandati. Hering. d. tr. c. 26. n. 60. seqq.* Siquidem omnis actio contraria ad damni restitutionem tendit, & semper personalis est. Pingvior verò interdum est actio cessiva quam hæc contraria. Nam jura & actiones si cedi sibi curavit omne jus tam personale quam reale, quod habuit creditor principalis, utpote in cujus locum succedit, consequitur. Adde quod integrum pretium exigere tunc valeat, tametsi aliquantò minus transigendo solverit. Et huic cessioni minimè adversatur *L. Anastasiana, ea dum facta sit, ex quadam necessitate & vi contractus præcedentis L. 28. ff. mandati L. 2. C. de fidej.*

22
habet benefici-
cium cedend-
darum actio-
num.

§. VIII.

Certis quoque casibus & ante solutionem Indemnitis fidejussor, contra debitorem principalem agere potest ad id, ut solvat creditori, eumque à cautione liberet. *c. f. X. de fidej.* Imprimis v. si 1) inter debitorem & fidejussorem Indemnitis expressè conventum & actum, ut ante solutionem & quocumque liberit, contra eum agere queat, *L. 10. C. mandati. Schneidm. ad*

Interdum ante
solutionem Indem-
nitatis fidej. contra
debitorem
habet actio-
nem.
1.

2. §. 6. 7. de fidejuss. 2) Si debitor nimis diu solutionem pro-
traxit L. 38. §. 1. ff. mandati all. c. f. X. de fidej. Ne alias per-
petua sit indemnitas cautio, semperque pertimescen-
dum solutionis periculum. Harprecht. ad §. 6. 7. de fidej.
n. 8. Iudicis autem arbitrio relinquendum esse, quando
quis diu in obligatione stetit dicendus, putat Schneidw.
3. loc. cit. Coler de Proc. Exec. P. 1. c. 10. n. 319. 3) Quando prin-
cipalis debitor bona sua dilapidare incipit. Schneidw. l. c.
L. 10. C. mandati, ibique Gottfredus & Brunnem. in Comm.
4. Cod. ad b. l. nec non 4) Si ad longinquas & periculosas
partes se conferre velit debitor itidem asserit Schneidew.
l. c. quam materiam more suo h. e. eruditè & accuratè
pertractavit peculiari in Dissertatione, occasione L. 38.
§. 1. ff. mandat. Illustris Dn. Christianus Thomafius, Lipsie
habita: de actione fidejussoris adversus debitorem an-
tequam solvit.

§. IX.

an Credito-
rem, contra
Debitorem
ut agat, adi-
gere possit?

An verò Creditorem etiam adigere ac cogere pos-
sit ad agendum contra debitorem, communiter quidem
asserere solent D. D. occasione nempe L. 22. §. 2. ff. manda-
ti. Hering. de fidej. c. 27. p. 1. n. 196. Struv. Syntag. Jur. Crv.
Execr. 47. tb. 43. in fin. Ex allegato textu autem id quo-
modo probetur non video. Rogatum lego, Compulsam
non lego, inquit Dn. Brunnem. in Comm. ad b. l. Si ta-
men ultra destinatum solutioni tempus, posteriores mor-
as concedere velit creditor debitori, judicique ex rei
circumstantiis appareat, in fidejussoris indemnitas præ-
judicium ac damnum id vergere, ut tunc eum quere-
la sua contra creditorem audiat, eumque ad agendum
contra debitorem compellat, æquum esse puto. arg. L. 10.
C. de mandatis.

§. X.

§. X.

Diximus supra §. I. h. c. fidejussorem indemnitas omnibus istis beneficiis ac juribus frui, quæ aliis fidejussoribus salutariter sunt concessa. *An vero excipiendo eodem jure gaudeat?* breviter dicemus. Sunt autem *Exceptiones* quas in judicio debitor creditori objicere potest vel *Reales* vel *Personales*. *Illas* quod attinet, eas fidejussori indemnitas quoque inservire expediti juris est. *§. f. 7. de Replicat. L. 7. §. 1. ff. de Except.* Is itaque omnitempore si à creditore conveniatur ei opponere potest *Exceptionem solutionis, transactionis, jurisjurandi, L. 28. §. 1. ff. de jurejur. Rei judicate, doli mali, quod metus causa Compensationis &c. &c.* quam si semel habuerit creditor, eaque uti intermiserit, suo non fidejussoris damno cedit. Vitium enim & culpa unicuique sua, non alteri nocere debet. *Hering. d. tr. c. 20. §. 6. n. 4. & c. 27, Part. 4. n. 36. seqq.*

Quæ Exec-
ptiones Inde-
mmit. fidej.
competant.

§. XI.

Id verò non procedit *in Exceptionibus Personalibus*. *Except. Personales* enim cum certis personis vel ex partium conventionione, vel ex speciali legis gratia ac dispositione concessæ ac propriæ quasi sint, personam quoque sequuntur, eamque non egrediuntur. Hinc beneficio *Competentia*, parentibus ac liberis, Patrono, Socero, Socio, Marito, Militi, concessio, non gaudet indemnitas fidejussor. In individuo enim ex singulari & speciali privilegio certis personis est concessum, quas non egreditur. *L. 16. & seqq. L. 25. ff. de re judicata. L. 12. & 13. ff. de Solut. Matr. Hering. in sepe all. tr. c. 27. part. 4. n. 80.*

Except. Per-
sonales ei
non inservi-
unt.

§. XII.

Valde tamen dubito fidejussori indemnitas pro-

Cautela ab
Heringio tra-
desse

dita exami-
natur.

desse posse Cautelam ab Heringio *c. 1. n. 81.* traditam Dum Svasor ac author fidejussori est, ut, si nomine prædictarum personarum ad solidi solutionem conveniatur, principali debitori tunc litem denunciet, ipse ut compareat, & ex sua persona exceptionem objiciat, dicendo: sua interesse ne fidejussor in solidum conveniatur, cui alias mandati judicio solidum solvere rursus esset obstrictus *arg. L. 8. §. 7. ff. mandati. L. 41. ff. de re judicata.* Ejus enim obligatio ad omne damnum quocunque modo id creditori obvenire potest, se extendit, à quâ per debitoris intercessionem liberari vix poterit.

§. XIII.

an mortem
deboris ex-
pectare tene-
atur credi-
tor? N.

Sed cum de indemnitate saltem teneatur talis fidejussor. Et incertum adhuc sit, an creditor, reverso, ad meliorem fortunam, debitore, damnum sit passurus: Quæritur: *an non expectare usque post mortem debitoris teneatur creditor?* Negativa satis fundata videtur in § *fn. ff. de Replicat.* Creditor enim qui à debitore bonis lapsus suum consequi nequit, revera in damno versatur, hinc merito suum consequitur ab eo, indemnitatem qui promissit.

CAPUT VII.

De,

CONTRARIIS.

§. I.

Cessat In-
dem. fidej. si
interveniat.

Præscriptio.

Videndum nunc ultimo loco, quibus modis Indemnitis fidejussor obligatione sua liberaretur. Cessat autem Indemnitis cautio I. Si creditori justa opponi possit præscriptio. Sed satis intricata hic
se

fe offert quæstio, in utramque partem à DD. ventilata.

An Interpellatio Principali debitori facta, noceat fidejussori? Quæstio.

Affirmativam defendit Struv. *S. 7. C. Exerc. 47. §. 47. arg. L. ult. C. de duobus Reis & L. 91. §. 3. 4. de Verb. Obs.* cum quo etiam facit Hering. *d. tr. c. 20. §. 18. n. 10. 13. 15.* Contrarium vero asserit Carpzov. *Dec. 34.* Cujus opinio tum praxitum intentioni legis mihi videtur conformis.

§. II.

Sed nova hic emergit, perquam utilis & fatis ardua quæstio: *Si existente super bonis Debitoris concursu, Creditor ad liquidandum sub pœna præclusionis citatus non compareat, & præcludatur, num exceptione hac Indemnitate fidejussor postea uti, seque adversus creditorem cauteri possit?* Viderur equidem hoc affirmandum: quia 1.) sibi suæque negligentiae imputare debeat creditor, quod ob contumaciam præclusus sit. 2.) quod sublata Principali actione cesset quoque accessoria; maximè verò 3.) quod talis Creditor nihil juris amplius habeat, quod cedere fidejussori indemnitate, beneficio cedendarum actionum gaudenti, posset, tamen hic ad solvendum paratus esset. quo inclinat Dn. Brunnem. *in Comm. ad Cod. ad L. 16. de Pignor. & hypoth. & in Comm. ff. ad L. 62. ff. de fidejuss. n. 4.* Pro Negativa autem facere posset, 1.) quod sicut Creditor talis non à Jure agendi contra debitorem penitus præcluditur, sed à Concursu saltem illius Massæ: ita nec quoad 2.) Sublata sit principalis actio. Tamen enim talis creditor à Massâ istius concursus penitus removeatur, in suspensio tamen manent jura & actiones illius, quousque ad pinguïorem fortunam debitor pervenerit, & tunc utique eum competentibus

Si creditor ad liquidandum citatus emanear, an F. I. liberetur.

recensentur Rationes Affirmantium.

1.

2.

3.

nec non Negantium.

1.

2.

D

actio-

3. actionibus poterit compellare; ut proinde quoad 3.) omninò actio superfit fidejussori cedenda. Verum quia talis Creditor quamdiu spes est debitorem ad meliorem fortunam esse perventurum, damnum sensisse, dici nequit, vix ac ne vix quidem ante mortem debitoris illiusque hereditatem excussum, de Indemnitate convenire poterit fidejussorem; adeoque vires potius *Massæ bonorum Debitoris, & Concurfus, hic attendendas esse dixerim.* Ita, ut si Creditori ex iis, in suo ordine suaque classe locato, vel ex toto, vel pro parte satisfieri potuisset, sibi omninò præjudicasset creditor, quod citatus ad recipiendum creditum non comparuit, proindeque in contumaciæ pœnam meritò feret, quod sua culpa passus damnum sentire non censeatur, sicque nec de indemnitate fidejussorem conveniendi causam habeat *L. 95. §. 11. ff. de solut.* Quod si verò appareat, vel Creditor probare possit, *se nihil vel ad minimum non solidum consequi potuisse, adhibita quantumvis omni diligentia, tantum abest ut sola illa emanentia intermino & præclusio illius à Concurfu quicquam præsidii afferre queat fidejussoris ut potius gratum ipsi esse debeat, quod creditor inanes sumtus haut impenderit, durioresque sic fidejussoris causam non fecerit.* Si verò pro parte ex *Massâ* solutio speranda fuisset, pro ea quoque fidejussor liberabitur pro residua deficiente nihilominus responsurus.

an emanente
creditor fidejussor
liquidans ad-
mittendus?

N.

§. III.

Et quamvis disceptari aliàs soleat, num emanente, ad Concursum citato Creditore, fidejussor comparens & debitum pro quo fidem suam inter posuit, liquidans admittendus sit, & impedire queat, quo minus à Concurfu *Massâ* præcludatur creditor? Proque affirmativa militare videatur; quod 1) ob suum proprium interessè, etiam sine manda-
to

to quis fidejussor intervenire possit; adeoque 2) hac in parte, pro una persona cum Creditore Fidejussor no-
 ster habendus; cum 3) suum magis, quam creditoris
 agat negotium, evitaturus solutionis periculum. In
 aliis tamen fidejussoribus facilius id admitterem, & in
 iis præprimis, qui beneficio excussionis renunciarunt:
 Berlich, P. 2. Decis. 207. n. 16. quam quidem in fidejussori-
 bus Indemnitis. Vel enim Massa creditur solvendo,
 & hinc quia fidejussor indemnitis est, extra periculum,
 obstat ei exceptio tua nihil interest si creditor culpa sua
 damnum incurrat, atque hinc non competentis actionis
 exceptio: Vel non censetur solvendo, atque tunc mul-
 to minus fidejussori pro evitando damno laborare con-
 veniet, adeoque neutro casu ut extraneus Debitoris, si-
 ne mandato admittendus erit. arg. §. 18. J. de inutil. Stipul.
 & l. 38. §. 17. de V. O.

§. IV.

Similiter excusabitur Indemnitis fidejussor, si
 Creditor oblatam ipsi statuto termino à debitore solu-
 tionem, eam accipere citrà justam causam recusaverit
 vel distulerit, posteaque debitor solvendo esse desierit,
 mora ipsius accipiendi obesse fidejussori minime pote-
 rit. arg. l. 17. C. de Usur. Quemadmodum & pro soluto
 ipso Jure habebitur, si creditor occasionem compensandi
 cum debitore habuerit, eaque usus non fuerit. arg. l. 4.
 ff. & l. 4. C. de Compens. In præjudicium enim Fidejussor-
 is non magis compensatio quam oblata solutio negligi
 potest, & pro soluto haberi nequit quod ipsi jure solu-
 tum censetur.

§. V.

Sed quid si Creditor elapso solutionis termino segnis

non liberatur
 l. F. Creditor
 fit

licet segnis
in exigendo.

fit in exigendo, fidejussore licet aliquoties eum admonente, debitorque postea bonis labatur, *an fidejussor nosster excusandus tunc erit?* Negandum hoc per expressum textum in *L. 62. ff. de fidejuss.* ibique Dn. Brunem. *n. 1.* quia Creditor nunquam se obligavit Fidejussori ad obsequium illiusque mandatum; bene autem fidejussor se illi ad praestationem indemnitate, adeoque ipsi potius fidejussori incumbit, ad evitandum damnum, urgere debitorem ad solutionem & liberationem aut praestationem cautionis. *L. 38. §. 1. ff. Mandat. cap. fin. X. de Fidejuss. conf. hic quae supra cap. 6. §. 2. diximus.*

§. VI.

Pactum Remissorium
pocetl. F.

Coronidis loco quaeritur: *Num majore creditorum parte, Debitori aliquid de debito remittente, ipse quoque indemnitate fidejussor à praestatione illius liberetur?* Certum quidem est, Pactum Remissorium à pluribus creditoribus cum debitore initum *inuitus* quoque *ejusdem generis* reliquos obligare creditores *L. 7. §. fin. & 8. ff. de Pactis. Leipz. Handels-Ver. Ordn. Tit. 25.* quod si igitur spontè, cum debitore paciscatur donasse creditur, proindeque liberalitas ipsius fidejussori nocere minimè debeat; Sin vero *inuitus* & *coactè* votorum pluralitate superatus, consenserit, melius faciet, si palam testetur, se ratione residui jura sibi & actiones adversus fidejussorem reservare velle; nisi durante hujusmodi transactione majoris praecautiois ergò denunciare fidejussori litem malit, ut veniat eique contra pactum hujusmodi remissorium Con-Creditorum reliquos inter & debitorem initum assistat; quo non comparente, multo minus deinde fidejussor audiendus erit-

§. VII.

§. VII.

Essent quidem adhuc plura, quæ de utilissima hæc materiain medium proferre potuissẽm. Malo tamen, Benevole lector, me iusto breviorẽm fuisse dicas, quàm per nimiam prolixitatem tædium Tibi creare. Si inter legendum quædamprehendisti quæ Tibi placent, gratisimum sanè id mihi erit; Sin vero Tuæ expectationi omnia non respondeant, cogitabis tecum, me hominem, neminemque nostrum sine errore esse.

S. D. G.

COROLLARIA.

I.

Valida est Legitimatïo per Principis Rescriptum facta, etiam extantibus aliis legitimis liberis.

II.

Pater non habet usumfructum feudi filio concessi.

III.

Quarta quæ Trebellianica in iure nostro audit, accuratius Pegasiana nominanda.

IV.

Judex secundum acta & probata non secundum conscientiam suam privatam iudicare debet.

V.

Falso statuitur Reum Confessum & Convictum simul esse debere.


D 3

Sic

Sic Tibi dignus honor Themidos
confertur Amice!

Grator, & ex animo prospera
quæque precor.

Brevissimis his, prolixissimo animo gratulari No-
bilissimo DN. CANDIDATO Amico & Affi-
ni honoratissimo, de Summis in Jure dudum
promeritis honoribus voluit, debuit
D. GOTHOFREDUS BARTHIUS.



Ad

*Nobilissimum & Consultissimum
Domini Doctorandi Parentem.*


Iuribus intentus discendis, Filius, omnes
Applicuit vires Corporis ac Animi.
Non in Eum Juris sibi quicquam prava
voluptas,
Sumere vel potuit torpida segnities.
Quin potius Juris compos Virtutis, in arcta
Ejus versari sivevit Amicitia.

Nunc

Nunc merito recipit supremos Juris Honores
Juris Sectator justus, amansque boni,
Hinc & Jure tibi de Nato gratulor, atque
Numen ut inceptis annuat, ipse precor.

Consultissimo Parenti
Patrueli suo Patris instar devenerando de
Fili exoptatissimis incrementis, &
summis, quos merito suo in Juris-
prudentiâ adeptus est honoribus,
animitus gratulatur

L. JOHANNES Günther / Diac. ad D. Nic.
& Collegiatus Collegii B. M. V.



Securos Patres Patriæ clarosque parentes
Te GUNTHERIADA jussèrat esse *Themis*.
Sponsorè accipiunt, *Themidos* tutissima semper,
Semper sancta fuit nec temerata *fides*.
Assidue inde instat noctesque diesque monendo:
Sit memor officii non requieta jubet.
Nec mora *morosi debitoris* nomina vitat
GUNTHERUS, *nomen* se probat esse *bonum*.
Jamque adeo publice *solvit*, sponsisque respondet,
solvit quæ Patriæ quæ debuitque Patri.


Gaudet

Gaudet magna *Themis*, sed & ipsa *debere* recordor
Inquit GUNTHERO: Solvere & ista decet.
Accipe Sarranas vestes, his splendidus imple
Doctrina Cathedras, amplaue voce fora.

*Publicum eruditionis haud proleclavia specimen,
promeritosque ea honores
Nobiliss. Auctori gratulatus ser.*

GOTTFRIDUS OLEARIUS, Utr. Lingv.
in Academ. Lipf. P. P.





AB 155 517

ULB Halle

004 069 927


3



Sb.

VD 17







5

2. D. B. V.
DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE
**FIDEJUSSORE
INDEMNITATIS,**

Von
Schadlos = Bürgen /

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO.
CORONÆ BORUSSICÆ ET ELECTORATUS
BRANDENBURGICI HEREDE, &c. &c.

SUB PRÆSIDIO
DN. CHRISTIANI THOMASII, Jcti
S. REG. MAJ. BORUSS. CONSIL. PROF. PUBL. ET FA-
CULT. JURID. DECANI,

PRO LICENTIA
DOCTORALIA in utroque Jure Privilegia
consequendi,

Ad diem XXVII. Jun. An. MDCCIII.
publico Eruditorum Examine submittit
Horis ante & pomeridianis

CHRISTIANUS Günther / Laub, Lufat.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, Litteris CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.

